Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



73

praefiguratum intellegit sacrāntum. dominicae
passionis tempus & actionem passionis xpi designat.
C inis aū crematę quae nos in perpetuū purificans saluat.
E rgo crematio uitulae rufae ipsum qui ad emundationē
in mundorū seruabatur. mysteriū iam completae eius
dem passionis. quo nos cotidie a peccatis nris expiamur
insinuat. Quia ergo omā sacrificia & uictimae quae
incendebantur in altari. uel passionē dni uel deuotio
nem scōrum eius flammam caritatis ardentem figurate
denuntiāt. Merito cinis holocaustoz uel consūma
tionem dominicae passionis uel ceste perfectionem
exprimit uiuentis iustoz. Cum tota indī seruitū per
ignem scī sps oblati. ipsa iam bona opera finire. & ad per
cipienda operū pmia in aeternā uitā rapi meruerint.
Quod ut manifestius fiat uideamus quid de cineribus
holocausti moses dicat. Haec ē inquid lex holocausti.
C rematbitur in altari tota nocte usq; mane. Ignis eeo
dem altari erit. Uestietur sacerdos tunica & feminalib;
lineis. tollensq; cineres quos uorans ignis exusit. & po
nens iuxta altare spoliabitur prioribus uestimentis. In
dutisq; aliis efferet eos extra castra. & in loco mundissi
mo usq; ad fauillam consumi faciet. Ignis aū in altari
semp ardebit. Holocaustum ergo crematbit in altari.
cum in corde cuiuscumq; electi qui seipsum totum &